

**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De operibus solidæque devotionis exercitiis, quæ vel quotidie non  
peraguntur, ves fusiore indigent explicatione, quomodo cum majori fructu  
peragi possint

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

8. Passio D. N. J. C. 2dum 4. Evang.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54780](#)

mis vespertil velantur Cœices in signum ; quia jam non in palam ambulabat apud Judæos Christus , sed se quasi absconderat.

Dominica Palmarum sive Ramorum olim etiam dicta fuit *Capitolarium*, quia in hac die lavabantur capita ungendorum in Sabbatho Sancto. Item *Indulgentia* ob eos , qui pœnitentiam publicam egerant, & tuuc absolvebantur. Item *pœnosa* ob justificatos per pœnitentiam peccatores , & sancta ob Christi passionem , & hinc etiam tota hebdomas vocatur *major*. In Off. Ambros. vocatur *authentica* & *ultima*. Sicut autem die hâc decimâ luna erat , in qua ducebantur agni in domos immolandi in Paschate juxta c. 27. Exod. Sic Christus hodie stratis ante eum in palmis & ramis arborum triumphabundus Jerusalem ingrediens in ea per dies reliquos inclusus fuit, & ductus dein ad victimam.

8. *Passio D. N. I. C. 2dum 4. Evang.*

**D**um legitur in Missa Passio D. N. I. C. non petitur præviè Benedictio , quia Autor benedictionis extinctu legitur. Primitus tantum legi vel cani solebat Passio à S. Matthæo descripta. Alexander Papa instituit, ut legeretur successivè descripta ab omnibus 4. Evang.

*Feria V. majoris hebd. partim lata , partim tristis. Explicatio nuditatis Altarium, sonitus lignei, ablutionis pecum*

**S**icut die quinto creationis mundi Deus ex aquis produxit partim pisces, & hos in aquarum

tum gurgites depresso, & partim volucres, & hos elevavit in æta. Ita & nos Feriâ hâc V. partim deprimimur in mœrorem, partim elevamur in gaudium. Hinc dicitur in Missa *Gloria in excelsis*, sit sonitus campanarum. Deinde campanæ silent in signum tristitiae. *Excelsa nostra*, ait Alcuinus, *& turrium nostrarum raseant in humilitate Christi*. Pax non datur in Missa in detestationem osculi Judæ. Altarium nuditas, quæ post Missam fit, significat Christum amississe speciem & decorem, cumque gloriâ Deitatis quasi nudatum fuisse. Sonitus ligneus humilitatis est indicium; & lignum crucis, quo omnes convocantur, adumbrat. Ablutio pedum (de qua August. Cyprian. aliquique PP.) fit ad humilitatem Christi imitandam, & munditatem animæ designandam.

#### 9. *Varia carimonia die Veneris sancto in Missa explicantur.*

**Q**UOD in rubrica dicatur finitâ Nonâ procedi ad Altare, inde venit juxta Rupert. quia horâ nonâ expiravit Christus, ad cuius quasi funus nos accedimus cum Nicodemo. Propriè Missæ Sacrificij hoc die non peragitur ob rationem allatam hâc num. 3. Prophetia in cornu Epistolæ legitur, & inchoatur sine titulo, hoc est lectionis capite, quia & nos occiso Christo representativè sumus sine capite. Pariter non dicitur *Dominus vobiscum*, quia moriente summo Sacerdote cessant officia Sacerdotis. Frequentius dicitur: *Flebatamus genna ad augendam*